


gula CDE, & CAB sunt æquiangula per 4. sexti, & per eandem habent latera, que circum æquales angulos sunt, proportionalia: sicut igitur se habet latus ED ad DC, trianguli CDE; sic latus AB trianguli ACB sed latus DC continet latus DE bis, ergo etiam latus CB continebit latus BA, hoc est turrim bis.



ALTITVDINEM QVAMVIS IN ELEVATIONE
solis maiori 45. gradib. per eius umbram cognoscere. Propos. V.

Suspensio Astrolabio, regulam dorsi tam diu attolle vel deprime, donec radius solaris per utrumque foramen penetret, tunc linea fiduciam, secabit umbram rectam, (sole enim altiori 45. grad. umbræ corporibus suis sunt minores, caditque regula semper in umbram extensam seu rectam) nota igitur partes umbræ, quas tunc regula abscindit, sicut enim illæ sese habent ad totam scalam, nempe 12, ita sese habebit umbra turris ad turrim ipsam, cuius est umbra. Metire igitur umbram turris, quæ sit v. g. 20. ulnarum. quam multiplica per 12, proueniunt 240, quæ diuisa per partes abscissas, v. g. 8. sole existente in Elevatione 57. grad. proueniunt altitudo nimirum turris propositæ.

EANDEM ALTITVDINEM SOLE VLTRA
45. grad. eleuato, per radium visualem cognoscere.
Propos. VI.

Suspen-